

partium praevia sublatione ac ruina. Invidia, obtrectatio, fugillandique alios pruritus, quid sobrii, mentibus, alias satis offensis, quid quaeso ad-spergerent? De Museo Alexandrino memoret Athenaeus, caveam illud esse pretiosis, ibique saginatis avibus refertam, ut pugnent inter se semper ac digladiantur: Mores militiae sacrae ac eruditae societatis, aliter ferunt. Gladiis, ut Heros temporum nostrorum summus, ante aliquot annos aiebat, temperandae sunt pennae, pacis conditionibus scribendis idoneae. Hobbium, quod quondam in Anglia factum, ideo non amplius alemus, ut habeant molossi, ubi dentes acuere queant; Cum in Ecclesia saluti publicae omnia, nihil vero ludibrio detur. Zelus, qui deceat diviniorem coetum, dominatur quoque absque tumultu, qui neminem iniuriose pungit, sed spiritus viribus convincit, quod pii noverant Antiqui, in gravioribus & caput aliquod religionis attingentibus causis, Zelum & animi magnitudinem, in componendis vero minus necessariis ac leuioribus, ingenuitatem & prudentiam exercentes, iniuriarum quoque, quibus raro abstinent dissentientes, oblitum, quas, ceu plagas, quibus in domo saepe etiam amantium quasi percutimur, facile ferebant, gnari, ne ipsam quidem innocentiam a calumniis pios immunes semper praestare posse, quin aliquan-